aut filius ſolus .cum ſemper atꝫ inſepa-
biliter et ille cum filio ſit. et ille cũ pa-
tre. non ut ambo ſint pater .aut ambo
filius. ſed quia ſemp inuicem veniunt ſo-
lus. Quia vero dicimus et deum ſolum
ipam trinitatem q̃uis ſemper ſit cũ ſpi-
ritibus et animabus ſanctis. ſed ſolum
q̃ deus eſt. quia non et illi cum illo de-
us ſunt. ita ſolum patrem dicimus pa-
trem. non quia ſepatur a filio. ſed quia
non ſimul ambo pater eſt. ¶ Ca. viij

Cum ita qꝫ tantus eſt ſolus pater
vel ſolus filius. vel ſolus ſpiri-
tus ſanctus .quantus eſt ſimul
pater et filius et ſpiritus ſanctus. nullo
modo triplex dicendus eſt. Corpora q̃p-
pe adiunctione ſua creſcunt. Q̃uis em̃
q̃ adheret vxori ſue vnũ corpꝰ ſit. maiꝰ
tñ corpꝰ ſit. q̃ ſi ſoliꝰ viri eẽt. aut ſoliꝰ
vxoris. In rebꝰ aũt ſpiritalibꝰ cũ minor
maiori adhereſcit ſicut creatura creato-
ri. illa fit maior q̃ erat. nõ ille. In hijs
que non mole magna ſunt. hoc eſt maiꝰ
eſſe. quod eſt melius eſſe. Melior autẽ
fit ſpiritus alicuiꝰ creature. cum adhe-
ret creatori q̃ ſi non adhereat .et ideo
etiam maior quia melior. Qui ergo ad-
heret domino vnus ſpiritus eſt. ſed ta-
men dominus non ideo fit maior .quam-
uis fiat ille qui adheret domino. In ip-
ſo igitur deo cum adheret equali patri
filius equalis. aut ſpiritus ſanctus pa-
tri et filio equalis .non fit maior deus
q̃ ſinguli eoꝝ. quia non eſt quo creſcat
illa perfectio. perfectus autem ſiue pa-
ter ſiue filius .ſiue ſpiritus ſanctus. et
perfectus deus. pater et filius et ſpiri-
tus ſanctus .et ideo trinitas potius q̃
triplex. ¶ Ca. ix

Et quomodo oſtendimus quomõ
poſſit dici ſolus pater . qꝛ non
niſi ipſe ibi pater .conſideran-
da eſt illa ſententia qua dicitur .deum
verum ſolum non eſſe patrem ſolum. ſꝫ
patrem et filium et ſpiritum ſanctũ. Si
quis em̃ interroget. pater ſolus verum
ſit deus .quomodo reſpondebitur non
eſſe niſi forte ita dicamus eſſe quidem
patrem deum. ſed nõ eſſe ſolum deum.
eſſe aũt ſolum deum patrem et filiũ et
ſpiritum ſanctum . Sed quid agimꝰ de
illo teſtimonio domini ? patri ei dicebat
et patrem nominauerat ad quem loque-
batur cũ ait. hec eſt vita eterna. ut cog-
noſcant te vnum verum deum. Qđ qui-
dem arriani ſic ſolent accipere quaſi nõ
ſit filius verus deus. Quibus excluſis
videndum eſt an intelligere cogamur
cum dictum eſt patri .ut cognoſcant te
vnum verum deum. tanq̃ hoc inſinuare
voluerit. quia et ſolus pater deus verꝰ
eſt. nenon intelligeremus deum niſi ipa
tria ſimul patrem et filium et ſpiritum
ſanctum. Non ergo ex dñi teſtimonio et
patrem vnum verum deum dicimus. et
filium vnum verum deum . et ſpiritum
ſanctum vnum verum deũ. et ſimul pa-
trem et filium et ſpiritum ſanctum. id ẽ
ſimul ipam trinitatem .non tres veros
deos. ſed vnum verum deum. An quo-
niam addidit. et quẽ miſiſti ihesum xpm
ſubaudiendũ ẽ vnũ verũ deũ. et ordo ver-
boꝝ ẽ. ut te et quẽ miſiſti ihesum xpm.
cognoſcant vnum verum deum? Cur er-
go tacuit de ſpiritu ſancto ? an quoniam
conſequens eſt .ut vbicunqꝫ nominatur
vnum tanta pace vni adherens .ut per
hanc vtrunqꝫ vnum ſit. iam ex hoc intel-
ligatur etiam ipa pax. q̃uis non comme-
moretur. Nam et illo loco apoſtolus vi-
detur quaſi pretermittere ſpiritum ſan-
ctum. et tamen ibi intelligitur vbi ait .
om̃ia veſtra. vos autem xpi. xpus autem
dei. et iterũ .caput mulieris vir. caput
viri xpus. caput autem xpi deus. Sꝫ rur-
ſus ſi deus nonniſi om̃ia ſimul tria. quo-
modo caput xpi deus .id eſt xpi trini-
tas. cum in trinitate ſit xpus ut ſit trini-
tas? An q̃ eſt pater cum filio. caput eſt
ei q̃ eſt ſolus filius? cum filio em̃ pater
deus. ſolus autem filius xpus eſt. marie